



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 109. Uterque Eduardi filius a Duce morti traditus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.** desponsaretur, jam clandestinis nuptiis junctum fuisse cuidam foeminæ, quæ Elizabetha de Lucis nominata adhuc dumta supertes esset, idque sibi manifestatus fuisse dicebat a Bathonensi Episcopo qui hosce Sponsos solenni precatione conjunxit. Hac calumnia fretus Gloucesteriæ Dux, regnum invasit, ac se legitimum coronæ hæredem jactavit, eumque Buckingamus Regem proclamavimus populo exclamare jussu: *Vivat RICHARDUS Rex.*

§. CIX.

*Uterque Eduardi Filius a Duce mortuus traditus.*

**U**surpato regno Glocestriensis Dux primus eo curas intendit, ut Neptunus suos, quorum natu major nonnisi alium regni sui mensem numerabat, nondaret, Jacobo Texilio nefandæ cædisse nistro. Mitiori tamen crudelitatis genere adversus juvenem Varvicensem Comitem defuncti Clarentiæ Ducis filium subbatur; hunc enim in quadam arce captivum detineri jussit. Sub idem quoque tempus ad Britanniæ Duce suos decravit Legatos, supplices, ne Richemondum Comitem e custodia demitteret, pensiones ab Eduardo Rege defuncto promissas accurate persoluturum pollicitur. Hisce quoque Legatis negotium dederat.

Britannia in Franciam transirent, simul- Sæcul XV.  
que Ludovicum XI. ad amicitiam cum no- A.C. 1483.  
vo eorum Rege ineundam sollicitarent. Ve-  
rum illos Rex hic nequidem audire susti-  
nuit, professus, se quodcunque commercium  
cum usurpatore, qui manus suas innocen-  
tum Nepotum sanguine polluere non hor-  
ruisset, summopere detestari. Sane di-  
gna Regis vix non jamjam emorientis  
verba: exiguo enim post tempore Ludo-  
vicus fatis ereptus Filio suo Sceptrum re-  
liquit.

## §. CX.

*Glocestriæ Dux Rex Angliæ  
coronatus.*

Interea Richardus Glocestriæ Dux una-  
cum Anna de Nevila Conjuge sua Angliæ regni coronam ritu solemni accepit,  
Filiumque suum, quem unicum habebat  
decem annos natum, Walliæ Prin-  
cipem declaravit, qui tamen hanc multo  
post superstes morte sua Richemundio  
Comiti viam stravit, ut occupato Angliæ  
folio, Lancastriæ Domus hæreditatem  
sub nomine Hearic. VII. denuo recuperaret.

## §. CXI.

*Ludovicus XI. mortis terrore fractus.*

Non absque voluptate ex Historicorum  
fastis percipiuntur ea, quæ Ludovicus  
K. 2 ex-